



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 90. Erasmus a Francisco Galliarum Rege plurimi habitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

, cognitum : atque approbatum. Vide Sæcul. XVI,  
tur Parisiense Parliamentum Regiæ hu- A. C. 1526  
jus Epistolæ rationem habuisse, ipsum-  
que Jodocum Bade, qui Bedæ librum  
contra Erasimum, insuperhabito Regis  
interdicto, prælo subjecit, reprehendi-  
se ; quippe in tabulis Curiæ Parlamen-  
ti existat Epistola Jodoci Bade Latine  
conscripta, in qua idem afferit suis lite-  
ris duntaxat sexcenta quinquaginta ex-  
emplaria libri, quem composuit Beda,  
fuisse excusa , ac nunc non nisi eorum  
quinquaginta supereesse, ea vero nulla-  
tenus se venditurum promittere.

§. XC.

*Erasmus a Francisco Galliarum Rege  
plurimi habitus.*

Hæc Francisci Regis Benevolentia  
haud obscure testatur , quod Eras-  
mum jure merito plurimi habuerit, nec  
illum viris de fide suspectis , aut spar-  
gendis erroribus studiosis accensuerit.

Quapropter Erasmo per amicos , quos *Int. Epist.*  
in aula habebat, significari voluit , ut *Eras. ep. 96*  
in Francia sedem figeret , hancque in  
rem eidem Conditiones proposuit, quibus  
ampliores haud exoptare valuisset. Hæc  
ex quadam Epistola discimus , quam Gui-  
lielmus Cop Regis Medicus speciali ejus-  
dem jussu die decima sexta Februarii  
hoc

**Sæcul. XVI.** hoc anno ad Erasnum perscripsit, asse-  
**A.C. 1526** rens, quod non modo Guilielmus Par-  
 vus Theologiæ Doctor, qui & Regi a  
 confessionibus erat, sed & Franciscus  
 Rupifortius, olim ejusdem Principis Mo-  
 derator, doctrinam, ac ceteras omnino  
 præclaras Erasmi dotes tam amplis ce-  
 lebrarint encomiis, ut Regi talem vi-  
 rum alloquendi, atque in Gallias accer-  
 sendi desiderium instillaverint: Rex ve-  
 ro tam copiosa laude captus Guilielmo  
 negotium dederit, ut Erasmo Regis af-  
 fectum significaret, simulque ab eo sci-  
 citaretur, an in Galliis permanere vel-  
 let, id vero, si ei luberet, Rex ei co-  
 piam saceret, ut sustentationis suæ con-  
 ditiones præscribere posset; hanc enim  
 Regis voluntatem esse ajebat, ut ei fidem  
 saceret, illum tot bonis auctum iri, ut  
 eum patria sua excessisse nunquam pœ-  
 niteret.

## §. XCI.

*Regis promissa ad Erasnum in Gal-  
 lias accersendum.*

Augebatur Regis existimatio de Era-  
 smo concepta ex ipsa lectione libro-  
 rum, quos vir ille doctus vulgaverat;  
 quocirca eum crebrius, ut in Franciam  
 veniret, sollicitari jussit, quin imo ip-  
 fus etiam propria manu ad eum literas  
 per-